

Eclog. 6. *Agrestem tenui meditabor arundine Musam.*

Eclog. 8. *Limus ut hic durefcit & hac ut cera liquefcit,*
pro lutea ftatua ex limo facta.

Eclog. 10. *Ire libet Parthotorquere Cydonia cornu Spi-*
cula : pro arcu corneo.

Ovid. l. II. *Aptariq; fuis pinum jubet armamentis.*

Horat. *Non domus & fundus non æris acervus & auri*
Ægroto Domini deducit corpora febres.

Mantuan. lib. 2. Parthenic. ————— *Quod pifi*

Fecimus, hoc patimur, patres ut amarimus ipfi

Si noftrum nos femen amat.

CAPUT V.

METONYMIA EFFECTI

est, cùm effectum ponitur pro causa. ut,
ſpes obſcura dicitur, quia obſcuros efficit. Ex-
pectatio cæca, quia cæcos expectantes reddit.
Senectus triftis. Adoleſcentia læta. Mors pal-
lida.

(Cùm vocabulum propriè effectum ſeu rem effectam ſigni-
 ficans uſurpatur ad ſignificandam ejus cauſam, fit per metony-
 miam effecti. Dicitur aliàs Metonymia cauſati. Sic frigus
 dicitur pigrum, quia pigros efficit. Hic pigrum eſſe eſt effectum
 frigoris, quia frigus frigidos pigros facere creditur. Metonymicè
 autem tribuitur ipſi frigori tanquam cauſa efficienti. Evan-
 gelium dicitur lætum. Evangelium igitur eſt cauſa efficiens
 procreans lætitiã, lætum vero eſſe eſt ejusdem effectum, quod
 Metonymicè ipſi Evangelio attribuitur, quia effectum hujus-
 modi in illis, quibus annuntiatur, efficit. Huc pertinet pri-
 ma Metalepſeos ſpecies è Philippo.)

Exempla promiſcua.

Gen. 25. v. 23. *Due gentes ſunt in utero tuo, id eſt, dua-*
rum gentium autores,

Deur.